MARTYROLOGIUM USUARDI

Entstehungsort unbestimmt (Diözese Brixen ?), Mitte 15. Jh. Seite 26v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35079
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Simphorose cu septem filiis Crescente Juliano Neme
sio Primitiuo Rostino Statteo Eugenio. quorum mater
sub adriano principe ob insuperabilem constantiam palmis
primo cesa. deinde crinibus suspensa. nouissime saxo alli
gata in fluuium est precipitata. ffilii autem stipitibus ad tro
deas extensi. diuerso mortis exitu martirium compleuerunt.
Cordobe sancti Zoili martiris cuius corpus cum longo tempore vbi
nam sepultum fuit latuisset. venerabili epo eiusdem loci
nomine agapio ex diuina reuelatione manifestatum est.
Noya insula sancti fflorentii confessoris. iiii. kal. Julii.

D Vigilia aplorum petri et pauli Et natal bti leonis
pape et doctoris. Apud lugdunum gallie sancti
Hirenei epi et martiris. que constat bti policarpi
sacerdotis et martiris fuisse discipulum. ut scribit btus Jeronimus
et aplorum temporibus vicinum. Postea vero persecutione seueri
cum omni fere ciuitatis sue populo glorioso coronatus est martirio.
Alexandrie sanctorum martirum Plutharchi Sereni Heraclidis
Herois Potamiene Marcelle cum aliis tribus. Inter quos
precipue emicuit potamiena virgo que primo immensos et
innumeros agones pro virginitate desudans. deinde etiam
pro martirio exquisita et inaudita tormenta perpessa. ad vltimum
igne consumpta est. iii. kal. Julii.

E Rome natal aplorum Petri et Pauli qui passi sunt
sub nerone cesare. basso et thusco consulibus.
quorum prior in eadem vrbe iuxta viam triumphalem
totius vrbis veneratione celebratur. sequens quoque in via
ostiensi sepultus pari habetur honore. Eodem die sancti
Marcelli martiris qui apud castrum argentomacum pro fide xpi
vna cum Anastasio militari viro capite plexus est. Interi
torio senonito Beate virginis. ii. kal. Julii.

F Commemoratio sancti Pauli que cum bto petro cruci ap
penso celum gladio necatum excepit dies vna Ro
me btissime lucine discipule aplorum. Lemonitas